

〈Thomas〉 Pirckheimer an Georg Hack, B. von Trient. Der Papst habe die Rechtfertigung Hacks mit Verweis auf den geschuldeten Gehorsam zurückgewiesen. Pius II. sei insbesondere wegen der Beteiligung seines Bruders 〈Happe Hack〉 am Überfall auf NvK erbost. Der Kardinal habe bislang einen Prozess gegen B. Georg verhindert. Weiteres Zögern sei jedoch gefährlich.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StB, Cod. Cus.* 221 p. 175. Über dem Text: Effectus, quem d. protho-
notarius Pircheimer²⁾ scripsit domino Tridentino, missus xii octobris.

Erw.: Scharpff, *Cardinal und Bischof* I 328f.; Jäger, *Streit* II 141f. (mit Übersetzung); Strack, *Thomas Pirckheimer* 137.

Reverende in Christo pater. Propositis coram s. d. n. vestris excusacionibus³⁾, s. d. n. nequaquam illas
admittens dixit, quomodo omnes pontifices per prestitum iuramentum obligantur apostolicis processibus
obedire et parere sine excepcione, et maxime in casu presenti, quando illi processus concernunt conser-
vationem ecclesiastice libertatis et auctoritatem tam sancte Romane ecclesie quam omnium aliarum
5 ecclesiarum et omnium pontificum et sacerdotum. Et qui in hoc esset negligens, omni ecclesiastico gradu
et privilegio indignus ab omni honore et ecclesia merito eici deberet. Dixit eciam, quod vos minus
resistere deberetis s. sue quam alius, quia bona vobis fecisset et liberasset vos a debito xxiii milium
ducatum.⁴⁾ Eciam valde detestatus est, quod vos cum adversario ecclesie et sacrilegis unitus estis⁵⁾ et
quod frater vester⁶⁾ habuit cardinalem in custodia et dux exercitus fuit et quod propter receptacionem
10 iuxta c. Felicis⁷⁾ incidistis in penas, in quas Sigismundus, quodque necesse erit alium ponere episcopum et
de eius possessione non dubitat. Talia et similia cum magno animo dixit seriosissime. Et ideo cogitate, ne
perdati honorem cum statu, quia aliud non scio, nisi cito obediatur, videbitur id, quod premisi. Nam
eciam si ecclesie illarum parcium venire deberet ad ruinam, melius iudicatur quam quod ecclesiastica
libertas et sancta Romana ecclesia contempnatur. Hoc unum scio: Iam aliqua magna facta essent, si
15 dominus sancti Petri sub spe obediencie non impedivisset. Causa tamen est commissa contra personam
vestram. Spero tamen, si adhuc festinanter via obediencie veneritis, gratiam consequemini. Sed mora est
periculosa. Si alia sensero, dum venero, oretinus dicam etc.

12 premisi: *em.* premissi.

¹⁾ Die Datierung stützt sich auf die Notiz über dem Text der Kopie. Nr. 6370 wurde am 12. Oktober 1460 offenbar demselben Boten mitgegeben wie Nr. 6368 und 6369. Der Zeitpunkt der Abfassung könnte auch einige Tage vor dem Absendedatum liegen.

²⁾ Thomas Pirckheimer, Regensburger Domberr und Protonotar. Zu seinem damaligen Kurienaufenthalt s. Strack, *Thomas Pirckheimer* 137-139.

³⁾ Nicht erhalten. Gleichzeitig schrieb Georg Hack an NvK; s.u. Nr. 6375 Z. 1.

⁴⁾ Die Hintergründe sind unklar. Vermutlich spielt Pius II. hier auf die Vorgänge um die Verleibung der Trienter Regalien an, in deren Verlauf er als damaliger kaiserlicher Sekretär für B. Georg Hack interveniert hatte; vgl. Nr. 4194 Z. 3f., 4343 Z. 5f.

⁵⁾ Gemeint sind die Kompaktaten zwischen dem Trienter Bischof und Hz. Sigismund, die zuletzt am 6. Mai 1460, also kurz nach dem Brunecker Überfall, bestätigt und erweitert worden waren; s.o. Nr. 6295 Anm. 1.

⁶⁾ Happe Hack, Bruder B. Georgs und Rat Hz. Sigismunds. In Bruneck trat er als einer der herzoglichen Truppenführer an. S.o. Nr. 6193 Z. 77f.

⁷⁾ VI 5.9.5 (Felicis), ed. Friedberg II 1091f.